

sent; Vel vt vulgò dicitur *dando solum*, idest quod pro reductione ædificiorum, ad magis rectas lineas, meliorēque simetriam, detur facultas ædificare volentibus, vt iuxta præfinitas lineas, aliquam partem viæ publicæ occupare possint, dum ita ab ea parte situs privati, qui dimittitur, compensatio resurgere solet. I

I. tit. de seruitut. disc. 5.



De Agriculturæ consulis, & Tribunali.

S V M M A R I V M.

- 1 DE introductione istius Tribunalis, eiusque statutis.
- 2 Ex quibus istud tribunal constituatur.
- 3 De Assessore ordinario, vel extraordinario.
- 4 Non datur appellatio, sed remissio.
- 5 Per statuta determinantur multi casus controuersiarum.
- 6 De personis certis, & huic tribunalii subiectis.
- 7 De modo procedendi intrà, & extrà districtum.
- 8 De alijs officialibus nempe defensoribus, & Consiliarijs.
- 9 De eodem de quo num. 6. & quando persona dicantur addicta.
- 10 Quod agricultura sit ars nobilis quæ non derogat nobilitati.
- 11 De plerisque alijs paruis iudicijs, & tribunalibus artium.
- 12 Quare hoc tribunal agricultura innotescat, etiam classicis curialibus.

DISC. XXXIX.



Dinstar Ædilium Curulium, de quibus actum est disc. precedenti, antiqua Republica Romanorum, alios habebat Aediles Cereales nuncupatos, qui pro publica annona, agriculturæ conuendæ, & ampliandæ, curam haberent; Isto autem Magistratu intermisso, vt de omnibus alijs eiusdem Reipublicæ cum Imperij dissolutione sequutum fuit, adeo vt in obliuionem abiisset, ex Pontificum, vel Romani Populi cura, iure priuato Ciuitatis potius, quàm publico principatus, illæ innouatus fuit, pro Urbis scilicet territorio seu districtu, quibusdam tractu temporis desuper ordinatis statutis, pontificia auctoritate roboratis, quæ in volumen redacta, etiam cum aliquibus glossis habentur, illaque vim legis habent in ijs, quæ istam rem agrariam, omniaque alia ad agriculturam pertinentia, respiciunt.

Constituatur autem istud Tribunal, per quatuor Consules, qui vt plurimum sunt ciues, vel incolæ Romani, nobiles, seu valdè ciuiles, in hac arte periti; Vel quia rem, seu negotiationem agrariam agant; Vel quia casalia possideant, adeo vt in hac re versati sint; Eorumque mutatio ad formam statutorum, crebra seu frequens est, (quando aliàs Papa non mædet), quoniam singulo quoque trimestri duo mutantur, vt illi, qui de nouo assumuntur, instruantur per duos ex antiquis qui remanent intrà nouum trimestre, quo finito, isti noui remanent antiqui, & sic successiuè, adeo vt singulorum duratio, sit per sex menses.

Habent isti Consules, pro decidendis controuersijs iudicialibus cum sententijs, vel decretis, Assessorem, qui est togatus curialis, de cuius voto proceditur; Ac etiam proprium Notarium, cum officio particulari ad id deputato; Et quando Assessor recusetur, assumitur alter Cōsultor, Aduocatus, vel causarum Patronus, & quandoque etiam Prælati pro libito Consulunt, & pro causarum qualitate, eo modo quo de foro capitolino est dictum.

A sententijs, vel interloquutionibus

4 non datur appellatio, sed quædam reu-
sio intra certum terminum, iuxta formã
à statutis præfinitam, atque ad hunc ef-
fectum assumitur alter Assessor particu-
laris vt supra.

5 Per eadem verò Statuta, penè omnes
casus determinati sunt, circa modum
æstimandi damna data, super quibus fre-
quentiores controuersie esse solent; Siue
super modis, ac temporibus sumendi pa-
scua, seu colendi casalia, & tenutas con-
ductas; Ac super obligatione domini ani-
malium, ex conuentionibus factis per il-
lum ministrum qui *Vergarius* dicitur;
Vel super facultate retinendi animalia,
pro pretio pascuorum; Aut super potio-
ritate in eisdem animalibus, aut in alijs
fructibus pro pensione fundi seu terreni;
Necnon super mercedibus famulorum;
Vel super temporibus, in quibus isti con-
ducantur, vel conducti censeantur; Aut
quod vnus non possit conducere famu-
los alterius, sine eius consensu, cum alijs
ad rem facientibus.

6 Designantur etiam in eisdem Statutis
genera personarum, quæ sint huic Tri-
bunali subiecte; dum non veniunt solum
illa personæ, quæ vacant rei agrariæ, seu
circa animalia eorumque fructus, sed et-
iam carbonarij, & plures alij, qui circa
rem rusticam versantur, quorum noti-
tia facilis est ex eorundem Statutorum
lectura.

7 Provt etiam præscribitur modus ci-
tandi & procedendi, ac etiam exequendi,
cum distinctione modi procedendi, in-
tra districtum, & extra, respectiue.

8 Ultra Consules, adsunt plures alij, qui
quoddam consilium constituere viden-
tur magis generale, adeo vt dignosci vi-
deatur ea forma, quæ habetur in regi-
mine bene regulatarum Communitatũ;
quod scilicet adest Magistratus breuior,
qui habet administrationem actualẽ; Et
alter maior seu magis numerosus, qui ha-
bet habitualem, ac populum repræsen-
tat; Ita à pari dum vltra quatuor Con-
sules, adsunt etiam alij quatuor officiales
qui defensores appellantur, ac etiam alij
tresdecim in hac arte periti, tanquam
consiliarij.

9 Quamuis autem describantur genera
personarum, quæ agriculturæ addicti, seu
vacare dicuntur, ideoque huic Tribuna-
li subiecti; Attamen iuxta regulas iuris
communis, quas habemus in omnium
aliarum artium vniuersitatibus, ac subie-
ctionibus eorũ Iudicibus vel Cõsulibus,
siue pro taxis & collectis, vel ad alios ef-
fectus fauorabiles priuilegiarum, ac ex-
ceptionem, intelligitur quatenus formiter
pro maiori parte vitæ sint illi exercitio
addicti, vt alibi aduertitur. A

10 Illud autem considerabile videtur,
quod ex huiusmodi Statutis, ab antiquo
ordinatis resultat, quod scilicet ista
vocatur ars nobilis, dum etiam iuxta re-
gulas iuris (vt alibi in materia præmi-
nentiarũ insinuat) agricultura quãdo
fiat in re propria, est compatibilis cũ no-
bilitate, eiq; non derogat; Quod tamen
pro regionum seu locorum moribus in-
telligendum videtur, cum in hac mate-
ria nobilitatis, locorum consuetudo seu
communis hominum opinio principaliter
attendenda veniat.

Ad instar huius Tribunalis, ferè om-
nes artes, vel mechanicæ professiones, &
11 industriæ, habent suas vniuersitates, cũ
aliquibus legibus, vel statutis, suosque
Consules, cum Iudice, seu Assessore, &
cum aliqua iurisdictione, seu facultate
procedendi in aliquibus causis breuiori-
bus, ad illam artem pertinentibus, adeo
vt infinitus penè videatur numerus hu-
iusmodi Iudicum, & paruorum Tribu-
nalianum, quæ tamen penè ignota sunt,
nullamque figuram faciunt, ideoque con-
grua non videntur huic relationi, quæ ad
exterorum informationem principaliter
ordinata est, nimiamque prolixitatem
seu euagationẽ penè inutilem id redole-
ret; Potissimè quia classicis Curialibus
12 ista penitus ignota videntur; Benè ta-
men innotescit dictum Tribunal agricul-
turæ; Velex dicta ratione, quod ipsi fre-
quenter deputari solent Assessores causarum
particularium; Vel quia contingit
aliquando agi de subtilibus, & altis quæ-
stionibus iuris; Puta in concursu cre-
ditorum, occasione potioritatis; Aut
quando fata cedant solo; Siue an condu-
ctor

A. tit. de Regal. disc. 98. & tit. de iurisdic-
disc. 33.
B. tit. de præminent. disc. 32. & seqq.

ctor potuerit aliquid agere, cũ similibus,
super quibus etiã classici, ac primi ordi-
nis Aduocati, & causarum Patroni, quã-
doque scribere solent.

C. tit. de locato; & conducto, & tit. de credito,
& debito.



De Præfectis Annonæ, & Grasciæ; Ac
etiam de Præsidibus Dohanarum,
Riparum, & Zecchæ.

S V M M A R I V M.

- 1 DE præsidatibus viarum, & carce-
rum remissiuè.
- 2 De Præfectura annonæ vt incumbat Ci-
uitati.
- 3 In Vrbe secus quia incumbit vni ex Cle-
ricis Camera.
- 4 De Bulla Pistorum, & istorum priuile-
gijs.
- 5 De Congregatione annonæ.
- 6 An annonæ gaudeat priuilegijs sibi super
exemptione gabellarum.
- 7 De Præfecto grasciæ.
- 8 De Præsede dohanarum.
- 9 Camera est iudex appellationis ab omni-
bus his Præsidibus, vel Præfectis.
- 10 De Præsede riparum.
- 11 De Camerario riparum.
- 12 De Præsede Zecchæ monetarum.
- 13 De Præsede Archiuij.

1 Gendo supra de Tribuna-
li Camera Apostolicæ cõ-
stituto ex duodecim Præ-
latis, qui Clerici nuncu-
pantur, A, mentio habi-
ta est huiusmodi Præfe-
cturarum, & Præsidiatum, qui singulis
annis distribuuntur inter ipsos Clericos;
De Præsidiatu autem viarum aliquid in-
sinuatum est supra agendo de Tribunali
Aediliũ seu Magistrorum viarum B; Et
de altero Præsede carcerum, pariter mē-
tio habita est supra agendo de Congre-
gatione Visitationis carceratorum C;
Quare de alijs in præsentī agendo.

2 Quatenus pertinet ad Præfectum An-
nonæ, qui vnus ex Camera Clericis esse
solet, pro frequentiori autem praxi, non
cadit sub annuali extractione aliorum
officialium, sed per Papam ad libitum
deputari solet, eo quia requiri videatur
quædam personæ industria, maiorque
aptitudo; De iure administratio Annonæ
Ciuitatis, ipsimet Ciuitati vel populo, e-
iusque magistratui ordinario communi-
tatis, vel particulari huius rei annonariæ
seu publicæ abundantia incumbit D;
Talisque erat etiam in Vrbe antiqua pra-
xis, quæ immutationem recepit, sub
Gregorio XIII., qui eam commisit vni
ex Clericis Camera, sub Præfectura no-
mine seu vocabulo, & cum iurisdictione
in omnibus causis, quæ hanc materiã
concernant, tam pro conseruatione, &
augmento agriculturæ, ex qua annonæ
utilitas pendet, quàm etiam, super cura
& vigilantia, ne triticum aliæque fruges
extrahantur, siue de loco ad locum, præ-
ter bannimenta, & ordinationes alpor-
tentur, ac etiam super necessitate denun-
ciandi quantitatem, & qualitatem fru-
menti, aliarumque frugum recollecta-
rum; Sine inuigilando, nè fiant darda-
nariæ, seu monopolia, aut illæ emptiones
notabiles, ad mercaturam, quæ incerta
vulgò dicuntur, ex quibus monopolia
resultare solent.

P. 2. Relat. D d 2 Prout

A. disc. 33.
B. disc. 38.
C. disc. 29.
D. tit. de Regal. disc. 44. & 45. & 125.